



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

16. De Sacramentis non iterandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95263)

De Sacram. non iterandis, Tit XVI. 179

sect. 3. vers. dicendum est, Marc. Alter. de censuris, tom. 1. lib. 1. c. 3. diff. S. Bonacina d. p. m. 2. num. 7. vbi n. 10. ampliat etiam si non sit confirmatus, Episcopus an in Ecclesia conferre debeat huiusmodi Sacramentum, & an si confirmet subditos alterius Episcopi in sua diocesi, aliquam incurrat irregularitatem, Alia, quæ ad hoc Sacramentum præstare tenentur, dixi de officio, & potestate Episcopi, p. 2. alleg. 30. n. 13. cum multis seqq.

- 13 Summus Sacerdos, id est, Episcopus.] Notatur ad hoc quod Episcopi aliquando dicuntur Summi Sacerdotes, vt per Ioseph. Ludou. Perus. decis. 74. n. 11. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 4. c. 27. g. 1. vers. quæres, quos refero ego ipse de officio & potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. c. 2. num. 3.

S. Vngitur.

Vngitur cum consecratur Altare, cum dedicatur templum, cum benedicatur Altare. Item Episcopus potest vti Baculo pastorali, licet Papa illo non vtatur. Colligunt Doctores in princ. text. citati.

De materia huius §. egi latè de officio & potestate Episcopi. p. 2. alleg. 27.

- 14 Tum propter historiam.] De historia propter quam Romanus Pont. baculo non vtitur, egerunt Fr. Henric. Monroy. in apolog. contra Archiepisc. Toletanum, part. 1. pag. 34. Cæ. Baron. in addit. ad Martyrologium Romanum die 30. Iulij, Durand. in ration. diuinorum officiorum, lib. 3. cap. 15. num. 5. quæ refero ego ipse d. tract. de officio & potestate Episcopi, part. 1. tit. 1. c. 2. num. 14. Historia est, quoniam Beatus Petrus Apostolus Martialem discipulum suum, quem Dominus inter discipulos constituit, cum dixit, nisi efficiamini sicut paruulus iste, non intrabitis, &c. misit cum quibusdam aliis ad prædicandum Germanis, qua in via ad viginti dietas defuncto Fronio collega eius rediit ad nuntiandum hoc Petro, cui Petrus: Accipe hunc baculum, & tangens illum dic, Surge in nomine Domini & prædica; ille verò in quadragesimo die à tempore mortis illius tetigit eum & surrexit, & prædicauit, & ita Petrus baculum à se remouit, & subditis dedit, nec recuperauit. Innocentius verò Papa II. scriptis in Ecclesiæ speculo quod Beatus Petrus misit baculum suum Eucharistia primo Treuerorum Episcopo, quem vna cum Valerio & Materno ad prædicandum Euangelium genti Teutonice destinauit, cui successit in Episcopatu Maternus, qui per baculum Petri de morte fuerat suscitatus, quem baculum vsque hodie cum magna veneratione Treueren. Ecclesia seruat, & ideo Papa in illa Ecclesia vtitur baculo, & non alibi. Hæc Durand. d. loco.

- 15 Tum propter mysticam rationem.] Mystica ratio est quia baculi curuatio in Episcopis limitatam & coarctatam potestatem significat, & ideo illo non vtitur Papa cum potestatem habet vniuersalem, vt ex Thom. refert & commendat Felin. in rubr. de constit. n. 2. in fin. vers. benefaci. Callan. in catalogo gloria mundi, p. 1. confid. 38. concl. 6. ver. mystica vero, Lancel. Conrad. in templo omnium iudic. lib. 2. c. 1. §. 1. vers. Cruce vtitur, num. 1. & 2. Anastas. German. de sacrorum immunit. lib. 1. cap. 1. num. 108. & 110. & de indultis Cardin. §. Episcopus, num. 25. & seq. quos allegat Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarch. sedum, erectione, cap. 17. num. 50.



De Sacramentis non iterandis.

TIT. XVI.



VPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Panormit. Anchar. Butr. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum, fol. 164. vers. Petr. de Rauenna in compendio iuris Canonici, Guillem. Durand. Specul. in breuiario aureo iuris Canon. fol. 27. Mart. Mesnartius in epitome Decret. fol. 22. verso, Dan. Venator, in analysi methodica iuris Pontific. à pag. 73. Goffred. & Host. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anast. Germon. in paratitulis ad quinque libros Decretal. sub hoc tit. Petr. Alphons. de Valconcel. in harmonia rubr. iuris Canonici, Barthol. Carthag. in exposit. titulorum eiusdem iuris, nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decretal. omnes sub hoc tit.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinatus quando quis est in subdiaconum sine manuum impositione, & confirmatus non Chrismate, sed olei unctione, tunc non fiet iteratio, sed supplebitur pratermissum.
- 2 Oleum oliuarum est essentiale Sacramenti Confirmationis, balsamum vero accidentarium.
- 3 Confirmationis Chrisma ex quibus conficiatur, ostenditur.
- 4 Omissum si aliquid sit de necessariis, seu spectantibus ad substantiam Ordinis, ordinatus suspenditur ab executione illius, quousque id suppleatur, quod fuit omissum.
- 5 Alium non dicitur cum aliquid superest ad agendum.

C A P. Pastoralis. I. Innoc. III.

Ordinatus quando quis est sine manuum impositione, vel est Confirmatus cum oleo, & non cum Chrismate, non sunt Sacramenta reiteranda, sed caute est supplendum, quod in curia fuit omissum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Innoc. Henric. Anan. Anch. Panorm. Butr. Viu. in ration. primi libri iuris Pontif. pag. 315. Alagon. in compendio iuris Canonici, pag. 100. remissimè Ximen. in concord. p. 1. refertur ab Ant. August. collect. 3. Decretal. lib. 1. tit. 12. cap. vnic.

Qui sine impositione manuum fuerat ad Ordinem subdiaconatus, &c.] Videtur in hoc text. supponi subdiaconos per manus impositionem ordinari, cuius contrarium expresse probat text. in c. subdiaconus 23. dist. ibi, Quia manus impositio non accipit, & per illum tenet Sebast. Cæ. in relect. de Eccles. hierarch. p. 2. disp. 10. §. 1. n. 7. vbi multipliciter respondet ad hunc text. & in primis non esse veram communem litteram, ibi, Subdiaconus, sed aliam quæ habet, Diaconus, & allegat Anton. Aug. loco supra citato, qui testatur ita scriptum reperiri in duplici exemplari manuscripto, vel secundo cum Abb. hic. n. 2. intelligi posse non de manus impositione consecratoria, sed benedictoria, quia multiplex est manus impositio, c. quoniam 69. dist.

Non Chrismate, sed oleo delinitus, &c.] Notatur ad hoc quod oleum oliuarum est essentiale Sacramenti Confirmationis, balsamum vero accidentarium, vt per

per Nau. in man. c. 22. n. 8. & conf. vnic. n. 4. & 8. sub tit. de sacra Vnctione. Sayr. in floribus decisionum decis. vnic. sub eod. tit. Valent. tom. 4. disp. 5. q. 1. puncto 2. vers. questio est autem. Sa verbo confirmatio. n. 7. Chamer. de Sacram. 17. 3. de Confirmat. c. 2. de materia Confirmationis. dub. 2. Nam Confirmationis Chrisma conficitur ex oleo oliuorum admixto ballamo cuiuscumque loci sit benedicto ab Episcopo consecrato. Concil. Trid. sess. 7. can. 2. de Confirmat. Vinald. in candelabro aureo Sacram. sub de tit. de Confirmat. c. 2. n. 1. Couar. var. lib. 1. c. 1. o. n. 1. ad finem; & num. 4. & 5. Sayr. de Sacram. in genere. lib. 1. c. 3. quest. vnic. art. 3. vers. de Confirmatione. Nugn. part. 3. quest. 72. art. 3. vbi Egid. de Conin. c. 29. & 30. Soar. tom. 3. disp. 33. sect. 1. & 2. Barthol. ab Angelo dialog. 3. §. 4. Chamer. rota d. cap. de materia Confirmat. Azor. institut. moral. part. 1. lib. 2. cap. 9. post princ. & part. 2. lib. 5. cap. 1. quest. 4. post Graff. Nau. Petr. de Ledesm. S. Anr. Victor. Angel. Tabien. & alios. Bonacina de Sacramentis. disp. 3. q. vnic. puncto 3. n. 1.

In gloss. Permitti. ibi. quod antequam suppleant ista ministrare non debet. Notatur ad hoc quod si in ipsa ordinatione aliquid de necessariis. seu spectantibus ad substantiam Ordinis sit omisum. ordinatus suspenditur ab executione illius Ordinis quousque id suppleatur. quod fuit omisum. vt per Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 32. tract. 2. n. 71.

In ead. gloss. ibi. Quia non dicitur actum cum aliquid superest ad agendum. Vide Hyppol. conf. 122. n. 15. Thom. de Thom. reg. 199. Flamin. de resignat. 2. lib. 8. quest. 8. n. 42. & 97. Anton. Monach. Lucensi decis. 25. num. 7. & Florent. decis. 19. num. 5. & Bonon. decis. 28. num. 22. Girona de privilegiorum. seu exemptionum explicat. num. 1133. Mantica. decis. 186. num. 3. cum aliis citatis per me in tract. Axiom. iuris vsu frequent. Axiom. 1. num. 1.



De Filiis Presbyterorum ordinandis. vel non.

TIT. XVII.



UPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Butr. Anchar. Panorm. Ioan. de Londris in breuiario sanctorum Canonum. fol. 164. verso. Petr. de Raucenna in compendio iuris Canonici. Guilhelm. Durand. Specul. in breuiario auro iuris Canonici. Martin. Mefnartius in epitome Decret. fol. 22. verso. Daniel Venator. in analysi methodica iuris Canonici. a pag. 73. Petr. Alphons. de Valconcellos in harmonia rubricarum iuris Canonici. Goffred. & Hostiens. in summa huius tit. Alex. Cassan. & Anastas. Germon. in paratilis ad quinque libros Decretalium. Barthol. Carthag. in expos. titulum iur. Canon. Zypre. in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. nouissime Ioan. Honor. lib. 1. sum. in Decret. omnes sub hoc tit.

De illegitimos inhabilitate. seu irregularitate ad Ordines & beneficia. vide Ang. Syluest. Rosel. & alios Summistas. verbo. Illegitimus. Guilhelm. Durand. in speculo iuris. lib. 4. sub hoc tit. Albert. Trot. de vero & perfectis clerico. lib. 2. cap. 1. & 2. Maiol. de irreg. lib. 1. cap. 4. cum seqq. Villad. eod. tract. cap. 10. vers. dixi vltimus. Paleoth. de nobis & spuris. cap. 57. Lambert. de iure parson. p. 1. lib. 1. q. 7. art. 11. Petr. Greg. Syntagm. p. 2. lib. 10. cap. 3. Ludou. Lop. in instr. conscient. p. 2. c. 23. tom. 2. Greg. Lop. 1. 2. tit. 6. Duar. p. 1. de benef. lib. 4. c. 5.

Corral. eod. tract. part. 3. c. 2. Petr. Greg. eod. tract. c. 3. Vinald. in candelabro aureo. tit. de irregul. num. 107. cum seqq. & in appendice cap. 2. de illegitimis. Menoch. de arbit. casu 201. a num. 35. Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispens. super defectu natalium. Bernard. & Salzed. in pract. c. 14. in nouiss. edie. Tolet. in sum. lib. 1. c. 58. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 16. & quest. Regul. tom. 1. quest. 13. Soar. tom. 5. de censuris. disput. 50. Sayr. eod. tract. lib. 6. c. 10. Auila eod. tract. p. 7. disp. 3. dub. 6. cum seqq. Nicol. Garc. de benef. p. 7. c. 3. Galganet. de iure publico. lib. 3. tit. 2. num. 26. cum seqq. Ludouic. Miranda in manuali Pralatorum. tom. 2. quest. 25. art. 10. & tom. 2. q. 2. Nau. tom. 1. consil. lib. 1. vbi tradit decem consilia. sub hoc tit. & Sayr. in floribus decis. sub eod. tit. nouem adducit decisiones.

EVMMARIVM.

- 1 Illegitimi non ordinantur nisi Religiosi fiant. sed ad Pralaturas non habilitantur.
- 2 Illegitimus per ingressum in Religionem. ac professionem in ea emissam aptus fit ad omnes Ordines etiam sacros sine ulla noua dispensatione.
- 3 Illegitimus per solemnem professionem in Religione non redditur habilis ad Pralaturas in ea.
- 4 Papa solus. sclusis Religionum privilegiis. dispensare potest cum illegitimis. religiosis. vt ad dignitates. & Pralaturas promoueat.
- 5 Capitulum generale. vel Prouinciale potest dispensare ex privilegio cum religiosis illegitimis ad Pralaturas. & dignitates.
- 6 Regularis legitime dispensatus a Capitulo generali ad Pralaturas. si deinde a Religione egredi contingat. & aliam intret in ea non poterit absque noua dispensatione Pralaturas obtinere.
- 7 Monialis illegitima non potest esse Abbatisa. seu Priorissa.
- 8 Vicarius Episcopi non potest creari Monachus illegitimus. etiam de consensu sui Superioris.
- 9 Irregularitas sublata per Religionis ingressum an reuiscat professione annullata per Superiorem.

CAP. Vt filij. I. Conc. Pictau.

Filij Presbyterorum. & ceteri ex fornicatione nati promoueri non debent ad sacros Ordines. nisi fiant Monachi. vel vianant regulariter in Congregatione Canonica. sed nullatenus possunt habere Pralationem. Item neque serui nisi a dominis detur libertas Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Ioan. Andr. Bellam. Innoc. Anchar. Hostiens. Butr. Panormit. Imola. Anania. Viuian. in rationali libri quinti iuris Pontif. pag. 317. Alagona in compendio iuris Canonici. pag. 111. remissum Ximen. in concord. p. 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 5. c. 1.

Nisi aut Monachi fiant. &c.] Notatur ad hoc quod illegitimus per ingressum in Religionem. & in ea professionem emissam eo ipso aptus fit ad omnes Ordines etiam sacros suscipiendos sine ulla noua Superiorum indulgentia. vt per citatos a Cened. ad Decretal. collect. 62. num. 2. quibus adde Salzed. ad Bernard. in practica. cap. 14. lit. B. vers. si tamen illegitimus. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. quest. 13. artic. 4. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 1. quest. 1. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepiscopalis Neapol. part. 1. decis. 82. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. num. 18. Ludouic. Miranda in manu. Pralator. tom. 1. quest. 25. art. 10. concl. 12.